



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

De reo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

3 Accusare vix quisquam tenetur, nisi fortè
in graui causa Reip. *Vide Salon. q. 69. art. 1.

4 Accusator non potest à causa desistere
cum damno Reip.

DE REO.

1 **R**eus non tenetur fateri crimen, nisi sci-
at esse semiplenè probatum.

*Vide Tol. 5. c. 58.

*Nau. c. 25. num. 35. & c. 18. num. 58. Bannes q.
69. art. 2. col. 3. Sor. l. 5. q. 6. art. 2. Tol. l. c.

Vt teneatur reus respondere Iudex debet
esse competens, crimen semiprobatum vni-
co saltem teste omni exceptione maiori, vel
indicijs sufficientibus, & hæc debent illi esse
nota. Nau. l. c. ex D. Tho. & Caiet. idem Sor. l. c.

Non iuridicè Interrogatus tacere potest
veritatem, & nonnullis modis se tueri. Val. t.
3. d. 5. q. 13. p. 2. Tol. l. c. num. 7.

2 Non potest interrogari de socijs occultis,
nisi in crimine nimis pernicioso, aut atroci,
aut lege, aut consuetudine rationabili id con-
cedente, aut requirente id damno alicuius,
quod aliter non possit impediri; nec sociorū
relatio extorquenda tormentis, nisi sint indi-
cia sufficientia quòd habeat socios.

*Lege Nau. l. c. & Nisi} vt est maleficium,
proditio, crimen adulterandi nummos, hæ-
reticis. Nau. c. 18. n. 58. Vide Bannes q. 69. artic. col.
2. Tol. l. c. num. 5.

3 Non tenetur quis idèd suum crimen prodere, quod videat alteri ab aliquo falso imponi, potest tamen si velit.

* *Sot. l. 4. q. 6. art. 3. Nau. c. 15. nu. 17.*

4 Potest quis metu torturæ prodere socium delicti, & occultum suum crimen dignum morte (etsi id quidam negant,) & crimen alienum sibi secretò commissum: non enim tenetur cum tanto dolore celare.

* *Vide Infamare nu. 1.*

Secretò? De secreto *Nau. c. 18. num. 54. contrarium docet.*

5 Ad supplicium ductus non tenetur fateri quod malè negavit, nisi alioqui graue damnum sequeretur.

* *Nava. c. 25. numer. 38. sed contra Sylu. vide vers. Infamare nu. 1.*

6 Reus non est cogendus à Confessore fateri crimen, nisi sit clarissimum ad id teneri.

* *Non est cogendus? Sot. l. 5. q. 6. art. 2.*

7 Reus non tenetur illa fateri, ob quæ reuelata iniuste condemnaretur: potest ergo negare, intelligendo se non fecisse sic ut tenetur prodere. * *Vide Bannes l. c. col. 9.*

8 Torqueri non potest minor quatuordecim annis, nec grauida, nec qui est in dignitate, aut nobilis, aut Doctor.

* *Ad torquendum reum per viam accusationis requiritur semiplena probatio, vel clara iudicia legitimè probata; per viam inquisi-*

ationis
timè pr
concl. 1.

9 Reu

tes, & al

do; non

excuter

iam effi

vincti si

ad mort

tenetur

citum el

lex proh

* *Hem*

re illicitu

Carce

Comar. l. 1.

4. Bannes

c. 6. num.

Si tam

Non t

l. c. & ad id

l. controu.

10 Dam

test fuger

assentior.

test villo n

potest, &

* *Ad te*

neque ad

ationis clamorosa insinuatio per testes legitime probata. *Salon q. 69. art. 2. controuers. 9. concl. 1.*

9 Reum & fugere licet satellites insequentes, & ab alio ad id iuuari, non tamen resistendo; non est autem resistere, à seprehendente excutere, etiam illum trahendo: & fugere etiam effracto carcere, & vinculis, etiamsi alij vincti sint etiam fugituri. Si autem est iuste ad mortem damnatus, etsi potest, non tamen tenetur fugere, secus si iniuste. Cum autem licitum est fugere, licet alijs ad id iuuare, nisi lex prohibeat, aut officij propriij ratio.

* *Herr. Gandau. q. l. 9. art. 25. carceres frangere illicitum putat.*

Carcere? *Caiet. 2. 2. q. 69. art. 4. Arrag. ibid. Couar. l. 1. var. resol. c. 2. numer. 10. 11. Sor. l. c. artic. 4. Bannes q. 69. artic. 4. propositiones 3. 4. Tol. l. 5. c. 6. num. 9.*

Si tamen? *Salon q. 69. art. 4. concl. 3.*

Non tamen? *Couar. l. c. nu. 10. {Secus? Couar. l. c. {ad id iuuare? Bannes l. c. propositione 4. Salon l. controu. 3. concl. 3. Arrag. q. 69. art. 4.*

10 Damnatus ad solum carcerem, non potest fugere, secundum quosdam, quibus non assentior. Certè qui ob debita, quæ non potest villo modo soluere, illic tenetur, & fugere potest, & ad id iuuari ab alijs.

* *Ad tempus damnatus non potest fugere: neque ad vitam, si data optio de morte, &*
carcere,

carcere, carcerem elegit: at damnatus absolute ad perpetuum carcerem, vel triremes potest fugere, *Salon l.c. controu. 2. conclus. 4. Battines l.c. concl. 5.*

Ob debita *Salon l.c. controu. 3. Concl. vlt. soluet autem, cum poterit.*

11 Damnatus ad inediam, potest oblatum cibum comedere, an verò etiam teneatur, nõ conuenit inter Doctores: potest quidem alius, cui ex officio non est prohibitum, ei offere, non tamen teneretur.

* Potest *D. Th. 2. 2. q. 69. art. 4. Salon ibid.*

Non conuenit *Couar. l. 1. var. resolut. c. 2. num. 8. Viñ. de homic. conclus. 28. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 2. Arrag. l.c. putant teneri: negat Sor. l. 5. q. 6. art. 4. in fine, Salon l.c. Tol. de 7. peccat. mort. c. 31. nu. 3.*

Ex officio *Salon, Arrag. l.c.*

12 Damnatus ad haustum veneni, potest bibere.

* *Viñ. de homicidio*, sed *Victoriæ* contrarius est *Caiet. cum Sor. Salon l.c. controu. 3.* dicens non posse Iudicem reo illicitam rem præcipere. *Victoriæ* sententiam *relect. de homic. nume. 30.* probabiliorem putat *Arrag. l.c. q. 62. art. 3.* Addit *Coua. l.c. nu. 14.* putat, frangentem carcerem teneri ad restitutionem damni carceri, Reip. & priuatis hominibus illati. *Tol. l. 5. c. 38. Sor. l. 5. q. 6. art. 4. Salon 2. 2. q. 69. art. 4. controu. 2.*

Damna

Damnato ad fame pereundum nemo tenetur cibos afferre. *D. Thom. 2. 2. q. 31. art. 2. ad 3. Barnes l. c. in fine, Tol. l. c.*

Hofsi pereunti fame in bello iusto cibos dare crimen esset: in bello iniusto scelus esset non dare. *Tol. l. c.*

13 Potest quis puniri ex coniectura, seu præsumptione certissima, vt si deprehensus sit nudus cum nuda in lecto. *Vide Th. 4. d. 35.*

14 Reus, qui capi non potest, post sententiam potest in alieno territorio puniri, de voluntate tamen domini saltem præsumpta.

De sententia, citatione, & appellatione.

1 Sententia lata sine citatione Rei, & copia se defendendi, est nulla, nisi euidentis sit, nullam esse defensionem; item data in Ecclesia à iudice sæculari, nisi detur per modum voluntariæ iurisdictionis, vbi scilicet nemo se opponit: item si feratur ordine iuris non seruato, aut interueniente pecunia, nisi sit arbitri.

* *Vide Syl. vers. sententia nu. 5.*

2 Oportet sententiam ferri sedendo, & loco publico, & honesto, & die, non nocte, & non in festo, nisi postulet necessitas, aut pietas.

* *Vide Syl. l. c. nu. 4. Fum. eod. vers. nu. 5.*

3 Citationem oportet dari intra tempus conueniens, & causa expressa, & tempore

Q

non